intra lutum & calca subigens tene laterem ibi comedet
te ignis peribis gladio devorabit te bruchus. Congregare
ut bruchus multiplicare ut lucusta plures fecisti negotiatio
nes tuas quam stellae sunt caeli bruchus expansus est & avolavit
custodes tui quasi locuste & parvuli tui quasi locuste.
locustarum quae considunt in sepibus in die frigoris sol
ortus est & avolaverunt & non est cognitus. Locus earum ubi
fuerint dormitaverunt pastores tui. Rex assur sepelientur
principes tui latitavit populus tuus in montibus & non est
qui congreget & non est obscura contritio tua pessima est
plaga tua omnes qui audierunt auditionem tuam conpresserunt
manum super te quem non transiit malicia tua semper.

Usquequo domine clamabo & non audies vociferabo ad te
vim patiens & non salvabis quare ostendisti mihi ini
quitatem & laborem videre preda & iniusticia contra
me & factum iudicium & contradictio potentior.
Propter lacerata est lex & non pervenit usque ad finem iudicium
quia impius praevalet adversus iustum propterea
egreditur iudicium perversum. Aspicite in gentibus
videte & admiramini & obstupiscite quia opus
factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur
quia ecce ego suscitabo chaldeos gentem amaram
& velocem ambulantem super latitudinem terrae
ut possideat tabernacula non sua horribilis & ter
ribilis est ex semet ipsa iudicium & onus eius egredietur.

leuiores pardis aequi eius et uelociores lupis uespertinis
et diffundentur equites eius. equites namq; eius delon
ge uenient uolabunt quasi aquila festinans ad comedendū
omnes ad praedam uenient facies eorum uentus urens et
congregabit quasi harenā captiuitatem et ipse de regibus trium
phauit et tyranni ridiculi eius erunt ipse sup omnem muniti
onem ridebit et conportabit aggerem et capiet eum tunc
mutabitur sps et pertransibit atque corruet haec ē
fortitudo eius dei sui Numquid non tu a principio dne ds meus
scs meus et non moriemur. Dne in iudiciū posuisti eū
et fortem et corriperes fundasti eū mundi sunt oculi tui
ne uideant malum et respicere ad iniquitatē n potens.
quare non respicis sup iniqua agentes et taces deuorante
impio iustiorem se et facies homines quasi pisces maris.
et quasi reptile n habens principem totum in hamo sub
leuauit traxit illud in sagina sua et congregauit in rete
sup hoc laetabit et exultabit Propterea immolabit sagina
sua et sacrificabit rete suo quia in ipsis incrassata est
pars eius et cibus eius electus. ppt hoc ergo expandit sagi
nā suā et semp interficere gentes non parcet sup custodia
meā stabo et figam gradum sup munitionem et contē
plabor ut uideā quid dicatur mihi et quid respondeā
ad arguentem me et respondit mihi dns et dixit scribe
uisum et explana eum sup tabulas ut percurrat
qui legerit eum quia adhuc uisus procul et apparebit
in finem et non mentietur si moram fecerit expecta illū
quia ueniens ueniet et non tardabit ecce qui incredulus ē

Non erit recta animas eius in semetipsa. Iustus autem
in fide sua uiuet. Et quomodo uinum potentem decipit
sic erit uir superbus et non decorabitur qui dilatauit
quasi infernus animam suam et ipse quasi mors
et non adimpletur et congregauit ad se omnes gentes
et coacerbabit ad se omnes populos. Num quid
non omnes isti super eum parabulam sument et loquellam
enigmatum eius et dicent uae ei qui multiplicat
non sua usquequo et adgrauat contra se densum
luttum. num quid repente consurgent qui mordeant te
et suscitabunt lacerantes te et eris in rapinam eius.
quia tu spoliasti gentes multas spoliabunt te
omnes qui reliqui fuerint de populis propter sanguinem
hominis et iniquitatem terrae ciuitatis et omnium
habitantium in ea. uae qui congregat auaritiam malam
domui suae ut sit in excelso nidus eius et liberari
se putat de manu mali. cogitasti confusionem
domui tuae concidisti populos multos et pecca
uit anima tua quia lapis de pariete clamabit
et lignum quod inter iuncturas aedificiorum est respon
debit. uae qui aedificat ciuitatem in sanguinibus
et praeparat urbem in iniquitate. Numquid
non haec a domino sunt exercituum laborabunt enim
populi in multo igni et gentes in uacuum et deficient
quia plebitur terra ut cognoscat gloriam domini quasi
aque operientes mare. Uae qui potum dat
amico suo mittens fel suum et inebrians ut aspiciat

Nuditatem eius repletus es ignominia pro gloria
bibe tu quoque et consopire circumdabit te calix
dexterae domini et uomitus ignominiae super gloriam
tuam quia iniquitas libani operiet te et uastitas
animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis
et iniquitate terrae et iniquitatis et omnium habitan-
tium in ea. quid prodest sculptile quia scalpsit
illud fictor suus conflatile et imaginem falsam
quia speravit in figmento fictor eius ut faceret
simulacra muta. Uae qui dicit ligno expergiscere
surge lapidi tacenti numquid ipse docere poterit
ecce ipse tectus est auro et argento et omnis
spiritus non est in visceribus eius. Dominus autem in templo
sancto suo sileat a facie eius omnis terra.

Domine audivi auditionem tuam et timui. Consi-
deravi opera tua et expavi. Domine opus tuum
in medio annorum vivifica illud. In medio annorum
notum facies cum iratus fueris misericordiae recor-
daberis. Deus ab austro veniet et sanctus de monte
pharan semper. Operuit caelos gloria eius et lau-
dis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit cor-
nua in manu eius. Ibi abscondita est forti-
tudo eius. Ante faciem eius ibit mors. Et
egredietur diabolus ante pedes eius. Stetit et men-
sus est terram. Aspexit et dissolvit gentes et con-
trisiunt montes saeculi. Incurvati sunt colles mundi
ab itineribus aeternitatis eius. Pro iniquitate

uidi tentoria ætiopię turbabuntur pellis terrę
madian. Numquid in fluminibus iratus es dne
aut in fluminibus furor tuus uel in mare indigna
tio tua. qui ascendens super aequos tuos & qua
drigae tuae saluatio. Suscitans suscitabis arcum
tuum iuramenta tribubusq; loquutus es; semp.
Fluuius scindes terrae uiderunt te aquę & doluer̄
montes aquarū transiit. Dedit abyssus uocem
suā altitudo manus suas leuabit. sol & luna
steter̄ in habitaculo suo in luce sagittarum tuarum ibunt
in splendore fulgorantes astae tuae. In fremitu
conculcabis terram in furore ostupefacies gentes.
Egressus es in salutem populi tui in salutem
cum xpo tuo; Percussisti capud de domo impii
denudasti fundamenta usque ad collū. Male
dixisti sceptris eius capita bellatorum eius uenientibus
ut turba ad dispergendum me. Exultatio eorum
sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.
Uiam fecisti in mare aequis tuis in luto aquarum
multarum. Audiui & conturbatus est uenter meus
a uoce contremuerunt labia mea. Ingrediatur
putrido in ossibus meis & subtus me scateat.
Ut requiescam in die tribulationis ut ascendā
ad populū accinctum nostrum ficus enim non
florebit & non erit germen in uineis men
tietur opus oliuę & arua nō adferent cibus
Abscidetur de oliue pecus & nō erit armtā in prę
sepibus

Ego autem in dn̄o gaudebo et exultabo in dō
ihū meo ds̄ dn̄s fortitudo mea et ponet pedes
meos quasi ceruorum et sup excelsa mea deducet
me uictor in psalmis. EXPLIC ABBACUC
PROPHETA INCP SOPHONIA

Verbum dn̄i quod factum ē ad sophoniā
filium chusi filii godolie filii amariae
filii ezechiae in diebus iosiae filii ammon
regis iuda. Congregans congregabo omnia
a facie terrae dicit dn̄s congregans hominem
et pecus congregans uolatile celi et pisces maris.
In ruinae impiorum erunt et disperdam homines a facie
terrae dicit dn̄s. Et extendam manum meā sup iudā
et sup omnes habitantes hierusalem et disperdā
de loco hoc reliquias bahal et nomina editorum cū sa
cerdotibus et eos qui adorant sup tecta maliciā
celi et adorant et iurant in dn̄o et iurant in mel
chom et qui auertuntur de post tergum dn̄i et
qui non quisierunt dn̄m nec inuestigauerunt eum.
sileat a facie dn̄i. quia iuxta ē dies dn̄i. quia
praeparauit dn̄s hostiā scīficauit dn̄s uoca
tos suos et erit in die hostiae dn̄i uisitabo sup
principes et sup filios regis et sup omnes qui
induti sunt ueste peregrina et uisitabo om̄e
qui arrogant ingreditur sup limen in die illa
qui conplent domum dn̄i sui iniquitate
et dolo et erit in die illa dicit dn̄s uox clamoris